ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 1063

Ijsewijn

Lovanio, 12 ottobre 1973

Curia Generalizia - Roma

KATHOLIEKE UNIVERSITEIT
LEUVEN

INSTITUUT
VOOR
MIDDELEEUWSE STUDIES

LEUVEN, 12. X. 73
LEOPOLDSTRAAT 32
TEL. 016/231.11

Iosephus IJsewijn Ioanni B. Pigato suo S.P.D.,

Raptim tibi rescribo, pater carissime, ut tibi significem quantopere commotus sim nuntio morbi tui. Cum Amstelodami non adesses iam timebam: sollicitudinem meam confirmaverunt litterae tuae. Utinam Deus tibi reddat valetudinem. Preces eam ob rem fudimus fervidas.

Post Amstelodamensem conventum Melitam petimus. Multos amicos ibi vidimus, insulam magna admiratione et ut ita dicam amore perlustravimus una cum uxore et liberis. Nunc vero nimio onere academico gravatus et obrutus labor et laboro. Quae res garrulitati epistolicae frena imposuit.

Vale et valetudinem cura! Medico obtempera!

Totus tuus